

Bibliographische Daten

Titel: Christliche Leich-Predig Auß dem Evangelisten Matthäo c. 25.v. 34.
Bey Volkreicher Leichbegängniß/ Deß ... Herrn Benedicti Hopferi ...
Welcher ... 1684. ... entschlaffen/ und ... bestattet worden

Ersteller: Georg Heinrich Keller

Signatur: Will. VII. 1314. 4°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

dicavit sibi mox hunc Civem *Augusta Vindelicorum*, caput *Suevia*, fidus *Germania*, Confessionis *Evangelicae* domicilium, Familiarum *Nobilissimarum*, & *Patriciarum*, quas inter haud postrema *Hopfferia*, *Mater*, & foecunda magnorum ingeniorum altrix; quæ *Reblingeros*, *Pentingeros*, *Welferos*, *Ocoones*, *Xylandros*, *Hensschios*, *Hæschelios*, *Spizelios*, & tot alia lumina erudito Orbi dedit: & cui *Academia hæc Tubingensis* Professores in *Theologia*, circa prima sui exordia, *Stephanum Ringlerum S. Theol. Baccalaureum*, & deinceps *Jacobum Reibingium S. Theologiae Doctorem*: in *Medicina* vero *Joannem Jacobum Haugium D.* & Anno hujus *Seculi XIV. Rectorem*, debet. Parentes *Beatum* commendant **THOMAS HOPFFERUS** *Augustanus*, *Theologus* cordatus, variis *Ecclesiae* muneribus insignis, & denique *Schorndorffensis* in *Ducatu hoc Wirtembergico Dioceseos Superintendens Specialis dignissimus*: & suis *Virtutibus* ac *Elogiis* conspicua *Matrona ANNA SIBYLLA KOENIGIA*, *Filia GEORGII KOENIGII*, *S. S. Theol. D.* & in *Academia Altorffensi Professoris Primarii*, *Superstes*, *Filium* *Senectutis* suæ *baculum*, & *Viduitatis* solatium lugens. Hic quem admodum *Sacro Baptismi fonte* benedictus, de *tedula Parentum educatione* & *cura* sibi quoque *gratulari* multum poterat: Ita *Puero Pietatis* & *Doctrinae Scholae* commodissima contigit in *prisca illa Colonia Augusta Tiberia, Ratispona*: cujus *Senatus Viris amplissimis* & *doctissimis florentissimus*, jam diu cum aliis *laudibus* hanc sibi quoque *propriam* fecit, qua de *Juventute Scholastica* optime erudienda ipsam sibi *Republicam* maximè devincit. Qua *laude*, cum altera quoque illa *Augusta Tiberia* apud *Vindelicos* certet, non malè ab illa huic in *Gymnasio celeberrimo* & *patrio informandus*, adeoque *Majoribus* & *Natalibus* quoque suis *redditus* est, ille, quem dicimus, ad *magna* adolescens. Quem *literis* jam ita satis *firmatum Musarum* pariter & *Misniae suæ Ocellus Lipsia* in *cultum* & *amorem* sui *pellexit*: ubi *magnum nactus Hospitem* & *Magistrum Jacobum Thomasmum*, *Eloq. Prof. & Philosophum famigeratissimum*, multum sub *disciplina* hujus, sed & *Carpzovij* & *Franckensteinij*, profecit: ut mox *Laurea prima*, *Promotore D. Scherzero*, Anno hujus *Seculi XL.* & deinde *Laurea secunda* Anno *LXII. Libera*